



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

I. Qvomodo Post Qvadriennium plantationem suam reuserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

INCIPIT LIBER Tertius.

QUOMODO POST QUADRIENNIIUM plantationem suam reuiferit.

I.



POST hinc triennio domi detentus post quadriennium, quamuis multis domi teneretur negotijs, ipse tamē amore nouellæ colonix suæ flagrans, omnibus postpositis illam reuifere adgreditur. Sed ne forte grauaret, per quos dādum transierat, Ducem B O H E M I Æ vel Ducem P O L O N I Æ, alio suē illius viæ hospites & amicos suos, per S A X O N I A M iter disposuit, & apud Hallam naues victualibus onerans per A L B A M flumen in H A B A L A M perlapsus L E V T I C I Æ littora vsq; adductus est. Et ne inanis & vacuus adueniens sponsæ suæ vilesceret, neue ij qui adhuc conuertendi erant, si modo cum sumptu poneret qui prius sine sumptu posuerat euāgelium, contra se murmurarēt, in auri, & argenti copia, in purpura, & bysso, & pannis preciosis & muneribus magnis & varijs pro varietate personarum, diues studuit aduenire, eunq; H A L L Æ cōempta & nauigio vsq; in L E V T I C I A M portata curribus & quadrigis quinquaginta cum annonā imponens ibi per terram L E V T I C I Æ vsq; T I M I N A M ciuitatem P O M M E R A N I Æ transportauit. Quo vbi cum labore ac fatigatione ventum esset, multos horrores & paures illa nocte ibi sustinuerunt. Nam ciuitas illa, Dei adhuc ignara,

ignara, cruda quodammodo & barbara fuit Christianis, & ij ignoti ad ignotos venerunt. Solum tamen urbis præfectum in priori peregrinatione cognitum habentes, ipsum de hospicio conuenerunt: sed ille amicè eos suscipiens & alios quoq; se hospites habiturum dicens, arcem iuxta ciuitatem in veteri castello eorum mansioni designauit, in qua fixis tentorijs se quieturos sperantes vanis terroribus tota illa nocte agitabantur.

QUOMODO TIMINAM uenerit.



AM Dux POMMORANIAE populo laturus LEVTICIAM cum exercitu eadem nocte illò venturus erat: Timinenses aut Leuticios audierant ad pugnam ibi ei occuros. Vnde nõ modica trepidatio fuit in ciuitate. ingruente igitur noctis silentio, exercitus ducis per turmas suas illuc confluit, factumq; est, vt vna cohors peditum, & altera cohors equitum ex diuerso iuxta ciuitatem conuenientes, quia nox erat, vtrique se hostes suspicati, diutissimè gladijs caderent. Nostri vero strepitu ac tinnitu armorum excitati & exterriti, ignem in castris aqua perfuderunt, fugam meditantés. Interea socios se agnoscentes, illi à pugna deserunt. Præfectus vero misso satelite eausam illius tumultus eis insinuans, ne timerent rogauit; sicq; animati constiterunt in loco suo. facto mane Dux cum exercitu omni ad prædam festinans, Episcopum videre non potuit; sed missis nuncijs ibidem illum die illa rogauit se exspectare. Circa meridiem vero LEVTICIAM quaqua
Ggg 3 ver-

II.